



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum  
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de  
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

**Albertus <de Padua>**

**Vlme, 1480**

Kolophon

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

## Sermo

quia ignis erit iudicior. aer lutilior. aqua dyaphanior. terra etiam dabit claritas quasi cristalli ut creditur. terra igitur cum ceteris elementis non transibit de suba in subam. sed a defectu in perfectione. a perfectione in maiore actum. et a transmutatione ad esse quietum. et intransmutabile. celum etiam ipsum quinte essentie transibit ad claritatem maiorem luminariu. Nam ut dicit Psal. 30. Erit lux lune ut lux solis et lux solis septupliciter. transibit etiam celum a motu in quietem perpetuam. Et hoc est quod dicit Job 14. quod non resurget homo a somno suo donec atterat celum. Et Christus 20. dicit quod a conspectu iudicis venientis fugit celum et terra. Renouatis itaque superioribus corporibus et inferioribus verificabitur illud Psal. 65. Ecce ego creo novos celos et terras nouas et non erunt in memoria priora. **¶** Nota quod celum est spiritus hominis quod a celestibus sumit originem. Juxta illud Iuuenalis. Sensum a celesti dimissum traximus arcu. Tercia vero corpus nostrum est. formauit enim deus hominem huiusmodi corpus de limo terre. utrumque istorum transit. corpus quod reuertitur in terram unde sumpsit. spiritus vero ad dominum redit qui fecit illum ut pro meritis recipiat. ps. spiritus pretransibit in illo et non subsistet. post hunc transitum resurrectionis expectamus inuocationem. quando terrenum corpus humilitatis nostre reformabitur saluator quem expectamus configurans illud corpori claritatis sue. spiritus vero transibit amoris pondere in ipsum supernum conditorem. Qui ut dicit Sapientia 7. Capit omnes spiritus intelligibiles in deo et subtiles. terra igitur transibit in celum. celum transibit nouo modo in dominum. sed non transibunt verba eius quin quod promissit adimpleat. dixit enim qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Christus 21. cuius nouitatis gloriam. nouus ipse homo mihi inuenerato largiatur propitius qui cum patre et spiritu sancto uiuit etc.

Liber predicationum super euangelis dominicalibus. Et in propriis festiuitatibus sanctorum. Ulme impressus per Johannem Sainer Anno domini. 1480. circa festum sancti Viti. f. mit. filii etc.